



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim**

**Innozenz <III., Papst>**

**Parisiis, 1682**

Episcopo, Et Dilectis filiis Abbati sancti Lupi, & Decano Trecensi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-20020**

moderata esset procuratione contentus, nec plus pro illa posset exigere donec ipsi monasterio redderet prætaxatam pecunia quantitatem. Verum nunc, sicut dicitur, ut dictum possit monasterium in præfatis procurationibus aggravare, terræ suæ questam indixit pro eadem pecunia persolenda. Cùm igitur jus suum in injuriam convertere non debeat idem Comes, discretioni vestra per apostolica scripta mandamus atque præcipimus quatinus si forsitan sæpedictum monasterium per immoderata procuratione gravare voluerit, vos ipsius immoderantiam, gratia, odio, & timore postpositis, redigatis ad justum sublatu appellations obstatu moderamen, contradicentes per censuram ecclesiasticam appellations postposita compescendo. Quod si non omnes &c. tu, frater Episcope, cum eorum altero &c. Datum Laterani 11. Idus Novembris, pontificatus nostri anno decimoquarto.

*EPISCOPO, ET DILECTIS  
filii Abbati sancti Lupi, & Decano  
Trecensi.*

*Epi. 114.  
Pro iisdem.*

**C**VM, sicut dilectis filiis Abbate & conventu Virziliacensibus intimantibus nostro est apostolatui referatum, nobilis vir Dux Burgundie gravia eis damna & injurias inferens, ter vel quater in anno villas eorum faciat deprædari occasione cuiusdam confuetudinis quam in eisdem villis falsò asserit se habere, & nimis dispendiosum esset & grave fratribus antedictis pro singulis querelis totiens apostolicam sedem adire, discretioni vestra per apostolica scripta præcipiendo mandamus quatinus cùm ab eis fueritis requisiti, dictum Ducentum, ut eis de damnis & injuriis irrogatis coram vobis exhibeat justitia complementum, monitione premissa per censuram ecclesiasticam appellations postposita compellatis, jurisdictione hujusmodi usque ad biennij tempus usuri. Quod si non omnes &c. tu, frater Episcope, cum eorum altero &c. Datum Laterani 11. Idus Novembris, pontificatus nostri anno quartodecimo.

*GEBENNENSI EPISCOPO,  
& dilectis filiis Abbati de Abundancia &  
Priori de Condamina Gebennenis dioecesis.*

*Epi. 115.  
Committitur  
eis inquisitio  
contra Archie-  
piscopum Bi-  
funtinum.*

**D**ilectis filiis Humberto, Stephano, & Petro Presbyteris Bifuntinæ dioecesis denuntiantibus nos accepisse noscatis quod venerabilis frater noster Bifantinus Archiepiscopus, qui deberet esse in digni-

tate pontificali ex suscep̄tæ administrationis officio suis subditis ad exemplum, ipsam <sup>ridicula</sup> non tantum negligens famam suam eva- cuat vivendo perversè, verum etiam probosis & diversis excessibus factus multarum laqueos animatum, turpiter ac publi- cè sic coinquinare præsumit quod de can- delabro in quo fedet fumum quibus praest emitit in salutis suæ dispendium potius quam splendorem. Nam usque adeo est de- ditus simoniaca pravitati quod penes eum sine ipsa vix Ecclesiæ aliquar conseruantur vel aliquid spiritualiter confertur, com- pellens Clericos in apostolica fedi contemptum ad sacros ordines promovendos jurare quod per litteras alias à sede apo- stolica impetratas aliquod ab eo benefi- cium petere non præsumant, & illos suffi- nens qui religionem exunt, & alios in fa- cris ordinibus constitutos ac etiam mona- les contrahere matrimonium & in seculo seculariter conversari, cujus frater uxo- rem legitimam, eo sciente, relinquens, cum quadam moniali contraxit, eam in domo publicè detinens ut uxorem, & ut patratus scelus ab alio fratre suo difficultus revocari valeret, reliquit ab eo, licet in litteratam, in cuiusdam consecravit mo- nastry Abbatisam, ipso fratre manente in seculo & continentiam non servante; Presbyteros & Clericos suos exactionibus jugibus adeo defatigans quod ipsi onere paupertatis depressi, tamquam rustici vi- liter in ignominiam honestatis ecclesiasti- cae incedere compelluntur. Præter hæc au- tem cuidam Presbytero conferens inter- veniente pecunia decanatum, quandam Presbyterum qui manus in alium injecrat violentas, & cum custodia tradiderat car- cerali, sustinet celebrare, scienter com- municans & participans capientibus & ven- dentibus sacerdotes, & legalium matrimo- niorum divorcium, si pecunia interveniat, celebrari permittens. Et cùm quidam Bi- funtini ac ferè omnes Presbyteri civitatis & dioecesis sua publicè detineant concubinas, ipse corrigeret illorum aliquem non attentat, grauiori contagio maculatus; quia cum Abbatisa Romarici-Montis con- fanguinitatis eum linea contingente incel- sum perpetrat impudenter, sicut fama pu- blica ipsum vexat, & prolem à quadam moniali suscepit, cum cuiusdam sacerdotis filia quasi publicè fornicando. Et cùm in ejus domo interfectus fuerit quidam Pres- byter, nullam suscepit de ipsius interfecto- ribus, quos bene noverat, ultionem, & excommunicatos in mensa sua recipiens,